



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Casus In Quibus, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

rium, sicut & institutio, & sic cenſeo à ſimili poſſe vicarium abſque ſpeciali conceſſione, propter idoneitatem rationis, prout ſuprà.

Octavo, capitulum cum auctoritate Episcopi poteſt novam conſtituere dignitatem, Hoſtiens. tit. de conſt. §. quando conſtitutio, ver. cum queritur, num: 10.

Nonò, capitulum ſede vacante eſt executor ultimatum voluntatum ad pias cauſas, Cov. in c. Ioannes, nu: 1. & 2. de teſtam: quia ſuccedit Episcopo in omnibus his, quæ ſuæ ſunt iuriſdictionis.

Decimò, Capitulum ſede vacante poteſt conferre beneficia devoluta ad Episcopum, ob negligentiam inferioris, puta prælatus inferior habens poteſtatem conferendi beneficia, non contulit infra ſemeltre, tunc poteſt capitulum ſede vacante, illud conferre, ſimiliter à Suffraganeo ad capitulum Metropolitanum, ita firmat Gem. in c. quamquam, ver: ſed querit tunc, ex Io. And. de elect. lib. 6.

Undecimò, An valet conſuetudo, ut quis canonicus non lucretur maſſam communem, niſi vel ſit acſu ſacerdos, vel niſi deſeruit per tantum ſpatium temporis, puta triennium?

Reſpondeo primò, prout in 1. p. ver. canonica, §. 6. ubi non ſatis hoc laudatur, ſecundò, quòd valet. prout Gem. in c. cum ex eo, §. et apo, ver: per promiſſa. de elect. lib: 6. & ita eſt in Eccleſia mea Minoreniſi, Ravelli, & in quibusdam aliis.

C A R C E R.

AN liceat auſugere è carcere, licet ſit juſtè, vel injuſtè captus, etiam aperto oſtio, & timenti juſtam iudicis ſententiam, vel metu infamiæ, moriatur fame, vel metu tormentorum, aut mortis crimen ſibi ipſi falſum imponere propria confeſſione, vide Cov. lib: 1. cap. 2. var: reſol.

C A S U S I N Q U I B U S, &c.

Mulier vocans dæmonem ad luxuriam, & ille veniens, jubet ei, ut ſpulet in crucem, illa timore dæmonis correpta de hoc ſpuit in crucem, an ſit hæretica. Quod non tenet Afflic. in conſtit. in conſutilem, nu: 1 & ex Raim. in Sum: & Piſa. & D. Tho. 2. 2. quaſt. 12. & quaſt. 24. tamen vide ſuperius in ver: casus in quibus, in §. dæmones. nam invocatio plus dicitur, & Symancam de cathol: inſtit. tit. 17. n. 43. & in ſiã.

C E D U L O N E S.

Cedulones non poſſunt affigi cum piſturis dæmonum. Pius IV. Bull: 74. qua incipit, Inter, & quando ſunt affigendi, vide in ver: appellatio, §. 4.

C E N S U S.

PRimò, ſi Eccleſia non habet inſtrumentum exequutionũ contra cenſuarium, quid remedij erit, ut poſſit ſingulis annis exigere canonem ſuum via executiva? Datur ab Afflic. in conſt.